



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Trias Romana Hulderichi Hutteni Equitis Germani Et
Poetæ Laureati**

**Hutten, Ulrich von
[Dusseldorfii], 1588**

VD16 H 6411

In Triadem Romanam Hutte. Novelianam Epigramma M. Henr. Garberi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35424

IN TRIA DEM
ROMANAM HUTTE.
NOVELIANAM EPIGRAM.
MA M. HENR. GARBERI.

EN Romana Trias vivo depicta colore
Prodit, in hoc docto conspiciendalibro,
Quē generosus eques feliciter edidit olim
HUTTENVIS clari fama decusq; chori.
VELIVS hunc renovat puro pietatis amore,
VELIVS ingenio clarus & arte potens.
Dignus uterq; sua laude esq;, quod scripserit ille,
Hic, nitidum pulchris quod facit esse typis.
Crede mihi, labor esq; puros defendere libros,
Præcipue studium qui pietatis habent.
Qui juvenes estis veteres adamate libellos,
Exigu& merces magna laboris erit.

EJUSDEM IN URBEM RO-
manam Epigramma.

Colluvies scelerum Roma, esq; & lerna malorū
Dæmonis hospitium, nequitiaeq; schola esq;.
Quà nulla est pietas, quà nulla est prorsus honestas,
Quà jacet alma fides, quà viget omne nefas.
Flagitiis Sodomam excedit, turpemq; Gomorrhām
Ter superat vitiis Roma subindenis.

A 2

Sed

Sed Sodoma in flammis periit, turpisq; Gomorrha,
Perpetuas flamas mox quoq; Roma luet.

IN TRIADEM ROMANAM
HUTTENI.

INTER virtutes quod nomen Pontifici sit,
Pluribus HUTTENI docta Thalia canit.
Insidias, fraudes, ludos, cædesq; cruentas,
Longo cognosces ordine Pontificum,
Irarum eventus tristes, Martisq; furores,
Duris Europam qui quartiunt pedibus.
At tu summe pater Divum, cui summa potestas
Sidera cui parent, paret & unda sonans,
Pontificis detruide caput sub tartara telo,
Quando aliter linguam flectere & ora nequum
Adsis virginei, flos o studiose, pudoris
Ac imposturas discito Pontificum,
Pontificumq; dolos, VEL II quos Musa Magist
Rursus jam veri præbet amore tibi.
Hunc, quamvis foliis tenuis parvusq; libellum
Evolve, acceptus qui cupis esse D E O.
Auriculas, satis est HUTTENI scripta, nefana
Pontifici gracili sic secuisse stylo.

M. Christoph. Hunermundus
Eimbeccensis Scholæ Recto

AD PIUM ET CANDIDUM
LECTOREM DE TRIADE Ro-
mana Huttenoveliana.

Nobilis, ingenio clarus, virtute decorus,
Famaq; cui magnum nomē habere dedit,
Quod mirum, Marti & Musis carissimus heros,
Huttenus præstans corpore, mense, manu,
Arma, virumq; dolos, mores, linguam, scelus omne
Roma tuum novit, culteq; Galle tuum.
Multæ culit, fecitq; piè, sudavit & alsit,
Atq; fuit patriæ gloria viva suæ.
Pro Christo in Turcam qui fortia bella secutus,
Pro populo, gladium strinxit & arma, Dei.
Sedulus evolvit sancti monumenta Lutheri,
Quæ dant salvificam Biblia & ipsa viam.
Lagus opum, vultu comis, gravitate severus,
Patronus doctis configuumq; viris.
Donec ad ætherei revocatus limina cæli,
Incepit vita non pereunte frui.

Strenuus hic heros toto detexit in orbe,
Ausonii fastum, vimq; dolumq; lupi.
Impius, horrendus, rabidus, furiosus & audax,
Quid faciat Romæ, dicat & ipse Papa:
Quis furor & rabies, quæ frans, quæ lerna malorū,
Colluvies scelerum, quod genus omne mali,

A 3 Roma-

Romanos intra muros grassetur & extra,
Sævitie, insidiae, ut nil pietatis ibi:
Vendar sacra, Deum, vendatq; altaria, Christum,
Ut cælum, accepto Romulus ære Simon:
Hæc quicunq; cupis paucis cognoscere lector,
HVTTE NI triadem perlege, certus eris.
Perlege, & invenies quod te meminisse juvabit,
HVTTENO & VELIO dicere fausta velu.

At tu care VELI, Christo sed carior uni,
Qui tibi pro meritis pectore gratus ero?
Doctus es, ingenii bonitate & acumine prætas,
Sermonisq; fluunt verba diserta tui.
Tuscelerum terror, divini & buccina verbi,
Grata facis, blando dicas & ore, Deo.
Nunc placido vultu, venientia mente fideli,
Carmina suscipias, qualiacunq; rogo,
Prameritis tibi, docte Veli, quæ plurima confers,
Sic faustus felix ut precor annus eat.

Johannes Albrecht Scholæ Sena-
toriæ apud Eimbeccensem
Corrector.

CLA